Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31313
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

homines sanum fecerit in sabbato. Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicate. Dicebant quidam ex ierosolimis. Nonne hic est quem quaerunt interficere. Ecce palam loquitur et nihil dicunt. Numquid vere cognoverunt principes quia hic est xpc. Sed hunc scimus unde sit. xpc autem cum venerit nemo scit unde sit. Clamabat igitur in templo docens et dicens. Et me scitis et unde sum scitis. et a me ipso non venio. sed est verus qui misit me. quem vos nescitis. Ego scio eum quia ab ipso sum et ipse me misit. Et quaerebant eum apprehendere. et nemo misit in illum manus quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum. Off. Exspectans exspectavi dominum et intendit mihi et exaudivit deprecationem meam et in